



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 42. Decretum Clementis Papæ contra Ritus Senenses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. „tandem ex illo agro, quæ inimico
 A. C. 1710. „homo super seminavit, Zizaniis Co
 „tholicæ fidei seges illic reflorescat.

Præterea Pontifex datis ad Mar
 chionem Turnonium Cardinalis Fra
 trem literis, virtutes, labores & me
 rita defuncti dignis extulerat laudibus

§. XLII.

*Decretum Clementis XI. Papæ con*tra* Ritus Sinenses.*

Atta Caussæ Interim Romæ in Sacræ Inquisitioni
Rit. p. 58. Congregatione Sinensium rituum
 caussa a Cardinalibus & Theologis pe
 plures annos summo studio ac diligenc
 tia agitabatur, tandem vero die vige
 sima quinta Septembris hoc anno Cle
 mens Pontifex, qui funestum defundi
 Cardinalis nuntium nondum percep
 rat, sequens decretum promulgari ju
 sit. „In Congregatione Generali sanctæ
 „Romanæ & Universalis Inquisitioni
 „habita in Palatio Quirinali coram
 „Sanctissimo Nostro Domino Clemente
 „Divina providentia Papa XI. ac Em
 „nentissimis ac Reverendissimis Dom
 „nis S. R. E. Cardinalibus inquisitori
 „bus a sancta Sede Apostolica specie
 „liter deputatis. „
 „Idem Sanctiss. Dominus Noster in
 „caussa Rituum seu cæremoniarum S.
 „ne

, nensium auditis tam in congregatio- Sæc. XVIII.
, nibus anno præterito non semel quam A.C. 1710:
, in mense & anno præsentibus pluries
, coram Sanctitate sua habitis præfa-
, torum Eminentissimorum, & Reve-
, rendissimorum DD. Cardinalium, qui
, rem mature ac diligentissime discus-
, serunt, sententiis, decrevit & decla-
, ravit responsa, alias in caussa hujus-
, modi, ac eadem Congregatione data,
, & a Sanctitate sua die 20. Novembris
, 1704. confirmata & approbata, nec-
, non Mandatum seu Decretum ab Emi-
, nentissimo & Reverendissimo Domino
, D. Cardinali de Turnon tunc Patriarcha
, Antiocheno Commissario & Visitatore
, Apostolico Generali in Imperio Sina-
, rum die 25. Januarii 1707. hac de re
, editum, ab omnibus & singulis, ad
, quos spectat, inconcusse & inviolabi-
, liter sub Censuris & poenis in Mandato
, seu Decreto hujusmodi expressis, ob-
, servanda esse. Quovis contra faciendi
, quæsito colore, seu prætextu penitus
, sublato, ac potissimum non obstante
, quacunque appellatione a quibusvis
, personis sive sæcularibus, sive regula-
, ribus etiam specifica & individua men-
, tione & expressione, dignis, ac qua-
, vis Ecclesiastica dignitate fulgentibus,
, ad Sedem Apostolicam interposita;
, quam propterea sanctitas sua rejicien-

M 2

, dam

Sæc. XVIII. „dam esse decrevit, ac reipsa rejecta
 A. C. 1710. „Porro cum idem Dominus Cardinalis
 „de Turnon in suo Mandato, seu Decreto
 „creto supradicto Apostolicæ Decisione
 „die 20. Novembris 1704. latæ se erat
 „presse inhærere professus fuerit, Sanctitas
 „sua ulterius declaravit, ipsius
 „Mandatum, seu Decretum, unacum
 „censuris in eo contentis ad Normanum
 „eorumdem responsorum accipiendum
 „esse, ita ut nihil per illud respondere
 „præfatis additum, seu detractum fuisse
 „censendum sit, ac omnia, quæ in eis
 „insunt, etiam in Mandato, seu Decrete
 „prædicto inesse intelligantur. Ceterum
 „Sanctitas sua, tametsi sine ingenio
 „animi sui moerore acceperit, quæ
 „humani generis hostis multiplicia
 „dies Zizania in latissimis illis regionibus
 „super seminare non cesseret, nonne
 „men propterea in eis Catholicæ Religionis
 „propagandæ saluberrimum, & sanctissimum
 „opus ulla tenus deferens
 „volens, sed illius majori, qua potest
 „animi contentionem, ac studio, iisque
 „potissimum dissidiis, quibus inibi Christianæ
 „fidei seges, veluti spinis sufficitur,
 „prosperus submotis, ardenti
 „semper, & enixius promovere cupiens
 „congruam super præmissis, aliisque
 „ad ea pertinentibus instructionem conser
 „fici, illamque dicto D. Cardinali de
 „Tur

rejec-
dinalis
eu De-
cision
fe er-
, Sa-
iplur
nacur
orman
endun
sponsi
n fuit
e in e-
Decret
Cete
ingen
quo
icia
region
monte
cæ Re
um, a-
eseren
potet
iiisque
i Chri
s suffo
entiu
piens
n con-
ali de
, Tur-
Turnon, quatenus adhuc in illis par- Sæc. XVIII.
tibus commoretur, si minus illi, qui A. C. 1710.
ejus loco deputatus fuerit, necnon
Episcopis & Vicariis Apostolicis ea-
rumdem partium transmitti manda-
vit, qua non minus debitæ Apostoli-
corum Decretorum executioni, quam
Missionariorum concordiæ, evange-
licæ Veritatis prædicationi, atque
animatorum saluti opportune consula-
tur. Demum ut nimiæ illi de his re-
bus scribendi licentiæ, quæ non sine
fidelium scandalô inter partes diuturna
contentione exasperatas invaluit, mo-
dus imponatur; Sanctitas sua districte
præcipit omnibus, & singulis cuius-
vis Ordinis, Congregationis, Instituti,
& Societatis, etiam de necessitate ex-
primendæ Regularibus, aliisque qui-
buscunque sæcularibus personis tam
Ecclesiasticis, quam Laicis cujuscun-
que tandem status, gradus, Condi-
tionis, & dignitatis existant, ut in
posterum non audeant sub quovis
quæsito colore vel prætextu impri-
mere, vel quoquo modo in lucem e-
dere libros, libellos, relationes, the-
ses, folia, seu scripta quæcunque, in
quibus ex professo, vel incidenter de
Ritibus Sinicis hujusmodi, vel de
controversiis desuper, seu illorum oc-
casione exortis quomodolibet tracte-
tur,

M 3



Sæc. XVIII. „tur, sine expressa & speciali licentia
 A. C. 1710. „a Sanctitate sua, seu pro tempore ex-
 „stente Romano Pontifice in Congre-
 „gatione supradictæ sanctæ & universali-
 „sis Inquisitionis obtainenda. Ut autem
 „ejusmodi prohibitio inviolabiliter ob-
 „servetur, eadem Sanctitas sua voluit
 „& declaravit contravenientes quoscun-
 „que excommunicationis latæ Senten-
 „tiæ, Regulares vero etiam privati-
 „nis vocis activæ, & passivæ poenas ipso
 „facto absque alia declaratione incur-
 „re; & nihilominus aliis etiam poenitenti-
 „Sanctitatis suæ, & Successorum suorum
 „Romanorum Pontificum arbitrio in-
 „fligendis subjacere. Libros porro
 „libellos, relationes, theses, folia, &
 „scripta quæcunque, quæ in futurum
 „contra præsentis prohibitionis tem-
 „rem edi contigerit (citra ullam alio-
 „rum hactenus editorum approba-
 „nem, super quibus opportune provi-
 „debitur) pro expresse prohibitis ha-
 „beri voluit. absque alia declarations
 „sub poenis & Censuris in Regulis Indi-
 „cis librorum prohibitorum contentis
 „!mpressores vero, præter scriptorū
 „sic impressorum amissionem, pecuniariis,
 „aliisque corporalibus poenis juxta
 „criminis gravitatem teneri mandavit
 „in contrarium facientibus non obstan-
 „tibus quibuscumque. „

§. XLII